SVMMARIVM

Num. 1.

Fides Matrimonij contracti inter Mariannam, & Theophilum usque ab anno 1736. die 22. Iulij.

OMnibus &c. notum facio; quod *Anno 1736., 22. Iulij* Reuerendissimus Dominus Michael Konarzeuski, Prior Conuentus Paradisiensis Sancti Bernardi Coadiutor Abbatis Bledzouien., *Consanguineus Neosponsæ benedixit Matrimonium, inter Magnificum Dominum Theophilum Rozdrazeuski*, Filium Magnifici Matthei Rodrazeuski Possessoris Bonorum Karoczeuo, *& Magnificam Mariannam Malekovvska Virginem* in Ecclesia Parochiali Ptakouien. *cum licentia, & assistentia mea* vti Parochi; *Præsentibus* Magnifico Matthia Koszutjki Colonnello S.R.M. *Auo Magnificæ Malakouski*, & Magnifico Matthia Rosdrazeuski, & alijs, in cuius rei Fidem &c.

Datum in Residentia mea Ptascouiæ die 16. Mensis Aprilis Anno Domini 1753.

Paulus Mankouski Parochus Ptascouiensis manu propria.

Die 3. Aprilis 1737.

Num. 2.

Acta judicialia gesta anno 1737. *in Curia Episcopali Posnaniæ ad instantiam Matthiæ Malekovski Patrui Mariannę Malekovvski super nullitate illius Matrimonij contracti cum D. Theophilo Rozdrazevski.*

In publica Causarum Audientia Illustrissimi Domini Don Iosephi Thadei de Kiekrz Kierski Episcopi Poloniensis Suffraganei, *Vicarij in Spiritualibus, & Officialis Generalis Posnanien.* comparens personalitèr Nobilis Bartholomæus Barent Magnifici *Mathiæ Malechovvski* Venatoris Callisien. in assistentia Ven. Instigatoris Iudicij, & Officij præsen. Actoris Principalis Plenipotens, in termino, in diem hodiernam inciden., accusata contumacia infrascriptorum citatorum &c. conclusit de tenore tali; *Nobilis Bartholomæus Barent Magnifici Actoris Plenipotens*, innouatis suis protestationibus non posse, nec debere Generosos prætensos Coniuges sibi ad inuicem matrimonialitèr cohabitare, *ex eo, quod Generosa Marianna Anno ætatis suæ decimo, & sex Mensium celebrauit Matrimonium*, vetante Iure positiuo, tam Ciuili, quam, & spirituali, nulla cogente necessitate, rationabili, non habita à Sede Apostolica dispensatione *super Impubertate* ætatis, tùm quià matrimonia antè annos pubertatis contracta sunt eo ipso inualida &c. Tum quià Generosa Marianna non est pubertati proxima, nec fuit tempore solemnizatarum Nuptiarum, vtpotè pro tunc annos decem, & sex Menses continuans juxta Testimonium Metrices Baptizatoris &c.; Proindè ex his, & alijs motiuis, rationibus verbo etiam judicialitèr expositis, suspensa

A

Fundatur nullitas in impubertate d. Mariannæ.

A tan-

tantis per cognitione vsque ad completos annos Pubertatis Mariannæ, vtrum validè, vel ne contraxerint citati Matrimonium, antè omnia Generosam Mariannam tanquam Impuberem donec compleuerit Annos pubertatis pro residentia ad Monasterium per judicium præsens assignandum, nè videlicèt matrimonialitèr cohabitent secum &c. remitti & deputari, *pœnas pro consumatione Matrimonij* extendi, ac in damnis, & Litis Expensis condemnari, debita cum Instantia postulauit.

B

Theophilus, & Marianna citati personalitèr comparent, & validitatem Matrimonij tuentur rationibus hic latè expressis.

Præsentibus Generosis Theophilo, & Marianna de Malachavskia ex Monasterio mediante Decreto Iudicis præsen. assignat. comparente, quo fine Testimonium judicialitèr productum obloquitur = *Rozdrazevvskie Coniugibus legitimis citatis exaduerso Principalibus per se personalitèr comparentibus &c.* saluis &c. satisfaciendo Decreto Iudicis præsen. &c., siquidèm inter se Generosos citatos personalitèr comparentes, ritè, & legitimè, seruatisque de jure seruandis solemnitatibus, ac juxta formam præscriptam Sacri Concilij Tridentini Matrimonium est contractum, *& consumatum*, quo in puncto comprobationem juratoriam de jure sibi juxtà *Abbat. in Cap. Continebat. tit. de desponsat. Impuberum*. Ijdem Generosi citati Coniuges legitimi præcustodiunt; Nec ratio in contrà respectu, ac si Impubertatis, seù potius incompetentiæ Annonam per Partem aduersam allegata obstare potest: Nam licet si Generosa Consors nondum habeat duodecim Annos completos, *quià* tamen pubertas non in annis, sed in potentia sese matrimonialitèr cognoscendi, concipiendi, & generandi consistit, proùt habetur *cap. 3. Cit. de Matrim.*; Tum in prudentia, seù discretione, & Iudicio sufficienti ad cognoscendum statum coniugalem, qualis prudentia in Generosa comparente reperitur: (alias arbitrio Reuerendissimi Iudicis dignoscenda, ac pensanda relinquitur), aptitudoque, seù pòtentia *ex actu subsecutę inter se Coniugalis Copulæ infert. &c.*, cum impedimentum à Canonibus præfinitum non sit simplex, & absolutum, sed tantummodo conditionale, videlicèt nisi prudentia suppleat ætatem, quali casu licèt si vterque contrahentium esset Impubes, interueniente tamen discretione Iudicij sufficientis, tum proximitate pubertatis matrimonium censeretur validè contractum &c.; Porrò Generosa citata est in Anno ætatis suæ pubertati proxima à tempore Natalis sui computando, locataque in Matrimonium Generoso Marito suo Puberi; id circù inhærendo ijsdem rationibus, & motiuis, tam in spiritu, quam in verbo judi-

cia-

cialitèr illatis, tum conformi Sacræ Theologiæ Morali, ac spirituali, actualium professorum, & Medecinæ Doctorum, ad quos pro discussione, & resolutione Causæ præsentis, idque ob sufficientiorem Reuerendissimi Iudicis informationem, factus est recursus, inscripto dato, manibusque eorumdem proprijs subscripto sensui, insistendoque dispositioni Iuris Canonici, nec non vnanimi clarissimorum Authorum decisioni, *Matrimonium inter se comparentes licitè, ac validè fuisse, & esse contractum declarari*, se se à Causa præsenti, & impetitione Partis Actoreæ &c. liberos pronunciari, debita cum Instantia expetentibus saluo &c. *interueniente V. Instigatore Iudicij*, & officij præsentis, agnitionem Partis citatæ, quod videlicèt stante Impubertate ætatis Matrimonium *inter se illicitè consumarunt* acceptante, *& eosdem pro illicita Matrimoniali cohabitatione*, nec non Magnificos Koszutkice pro indebita elocatione, in Matrimonium Generosæ Mariannæ impuberis Pænis condignis, mulctaque pecuniaria *duorum millium marcarum* Polonicalium affici expetente.

C
Promotor Fiscalis instat puniri dd. Coniuges pæna 2000. marcarum ob Matrimonium consumatum.

In contrarium ijsdem qnibus supra citatis elidendo interuentionem V. Instigatoris, licèt si immediatè post contractum Matrimonium *subsecutam esse Copulam citati allegent*, non tamen stante Inhibitione vsum Matrimonij exercuerunt dicentibus, & liberos se à pænis pronunciari flagitantibus.

D
Replicatio dd. Coniugum prò reiectione d. instantiæ.

Et Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus suffraganeus, & Officialis Generalis Posnanien. Ex his quæ vidit, legit, & audiuit talem definitiuam protulit, & publicare mandauit sententiam; Nos igitur &c. Officialis Generalis Posnan. pro Tribunali sedens &c., exauditis in Causa præsenti Partibus, inter se disceptantibus, visis quoque videndis; *Quandoquidem ex literis Metrices Generosæ Mariannæ concitatæ de Anno 1726. die 18. Februarij baptizatæ.* Ex libro baptizatorum Ecclesiæ Parochialis Opolenen. deprom- ptis, & cum Testimonio Copulationis modernorum citatorum confrontatis deducitur, qualitèr intèr eosdem Generosos Theophilum, & Mariannam decimum modo primum annum complectiuè, & pro vndecimo anno aliquot Menses agentem, talitèr stante Impubertate eiusdem assertum Matrimonium benedictum, & contractum fuisse, nec vtrum pro illo tempore in dicta Marianna Prudentia suppleuerit ætatem, aliqua documenta, aut probationes pro fauore prætensi Matrimonij per eandem Partem citatam inferunt., proindè inhærendo dispositioni Sacrorum Canonum, & præscri-

E
Motiua decidendi prò nullitate Matrimonij ab Officiali Gen. Posnanien. allegata.

pto Iuris positiui assertum Matrimonium, inter toties dictos Theophilum, & Mariannam ex ratione publicæ Causæ, scilicèt non legitimæ ætatis judicialitèr deductæ, proùt nullitèr & irritè contractum, etiàm non obstante asserta *Copula subsecuta*.

F

TenorSententię pręd. Officialis Gen. super nullitate, quà primo dd. Coniuges graui pęna pecuniaria mulctat.

CHRISTI NOMINE INVOCATO pro nullo, & irrito declarauimus, proùt & declaramus, eosdem quoque citatos, pro illicita *cohabitatione* stante Impubertate ætatis subsecuta punibiles esse adinuenimus, & quatenus in vim mulctæ ad pias Causas, *marcas quingentas*, scilicet *ad dispositionem Officij* præsen. *quadringentas*; reparando scandalum pro necessitatibus Parochialis Ecclesiæ Praszkouien., in quà præmissum Matrimonium extante Impubertate nulliter benedictum est, *marcas centum*; V. Instigatori *triginta itidem marcas* in spatio vnius Mensis exsoluant, decreuimus, & ad eum effectum Mandatum executivum cum termino nouem dierum relaxauimus &c.

G

Et contemporaneè examinata præd. Marianna, eam ad Matrimonium contrahendum tunc capacem esse pronunciat.

Tandem ad examen præfatæ Mariannæ condescendimus,
= quo præuijs Interrogationibus de nonnullis Articulis
= Fidei, Simbolo Apostolico, ac præceptis Diuinis tùm
= Ecclesiæ peracto; Siquidem tunc ex eiusmodi examine,
= quam etiam ex signis exterioribus inspiciendo Personæ
= Mariannæ robustatem, agilitatem cum Testimonio Ex-
= cellentis Lubieniecki, Medicinæ Doctoris jurati, die
= hæsterna dato judicialitèr producto confrontatis, lucu-
= lentèr patet, & deducitur in dicta Marianna, vt præ-
= sens proxima ætate de jure positiuo determinatæ exi-
= stente, manifestè prudentiam ipsius ætatem modicam,
= videlicèt aliquot adhùc Mensium ad complementum
= duodecim annorum, ad Matrimonium ineundum pręs-
= scriptum, superare, proùt id ex præmissis conside-
= randis Iura habere volunt, & arbitrio Iudicis digno-
= scendum relinquunt; vt notat Abbas &c.. Exindeque
= in eadem concitata Pubertatem naturalem esse legali
= in Matrimonialibus præferibilem, & non tam in annis,
= quàm in potentia generandi consistentem, dignoscit.

H

Eadem D. Marianna extrà omnem metum posita d. Theophilum in Maritum suum, & non alium velle declarauit, & iterùm Matrimonium inire promisit coram d. Officiali, & infrascriptis testibus.

- TVM QVOD TOTIES DICTA MARIANNA DE
= MALKCHOVSKIE amore constanti adhærendo Theo-
= philo, NON ALTERI, tantùm EIDEM IMME-
= DIATE' DICTO THEOPHILLO se in vitæ Sociam
= elocandam deliberato animo exposcit, & cum eodem
= Matrimonium de præsenti inire appromittit, & assen-
= sum perfectum EXTRA' OMNEM METVM POSI-
= TA, FORTITER LIBERE' reiterat.; PROINDE
Ijdem ex præscripto Iuris positiui inhærendo motiuis, inter supradictos Theophilum, & Mariannam ad statum Coniugalem capacem, & habilem, ad præsens ex

ra-

rationibus præallegatis adinuentum, Matrimonium reualidandum, & siue in Ecclesia Cathedrali Posnanien., siuè etiàm per proprium Parochum, seruato Præscripto Sac. Trid. Conc. de nouo benedicendum esse censuimus, & eo fine modicum interstiticum, idque minimum ad complementum duodecim annorum requisitum authoritate nostra ordinaria, qua hac in parte ex præscripto Iuris fungimur &c. non posse, nec debere obstare declaramus: Quatenùs tamen dicta Marianca cum Magnifico *Matthia Malechovvski*, Patruo suo moderno *Actore*, ex Causa supra ass. connubij, pro nullo declarati, inuito ipso subsecuti, læso, deprecationem per duas personas illustres, seù alias per æquales in pari dignitate constitutas, intra præfixum vnius Mensis spatium faciant, sub rigore supra vallatarum Censurarum iniunximus. Et ita dicimus decernimus, declaramus, iniungimus vigore decreti præsens &c. ad præmissa mediante. *Iosephus Episcopus Bolinen. suffraganeus, & Officialis Generalis manu propria.* A quo Decreto Magnifici Actoris Plenipotens signantèr à puncto concessi, & permissi Matrimonij contrahendi, ad quem de jure appellauit. Cuius appellatio vti à nullo grauamine tùm, & in manifestis interposita, est refutata. Eodem iterùm appellan., & *Illustrissimus Dominus stetit in Decretis. PRÆSENTIBVS* Perillustribus, & Reuerendissimis *Alexandro Miaskovvski* Ecclesiarum Cathedralis Posnanien. Primicerio &c., *Francisco Vvolinski* V. I. Archidiacono Srzimen., *Simone Vvosinski* S. Theologiæ Doctore &c. prædictæ Cathedralis Canonico *Stanislao Miniczniski* V. I. D. S. Michaelis in Arce Cracouien. Decano &c., *Hiacyntho Virz§nicki* B. M. Virginis in summo Custode: *Thoma Czerniecki* præfatæ Cathedralis Pænitentiariæ. *Meque Ioanne Krall.* Apostolico, & Concistorij Generalis Posnanien. Actuario Notario.

Ex Actis Consistorij Generalis Posnaniensis extract., & Sigillo Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Iosephi Comitis de Vverbno Pavvlovvski D. E. I. & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopi Niochen. Vicarij in Spiritualibus, & Officialis Generalis Posnanien. communitum.

Locus ✠ Sigilli.

Thomas Iggrovvski Apostolicus, & Consistorij Generalis Posnanien. Substitutus Notarius manu propria.

I.

Officialis, & Iudex præfatus mandat reiterari Matrimonium inter prædictos Coniuges in Ecclesia Cathedrali Posnanien., siue coram proprio Paroco, cum oportuna dispensatione prò exiguo tempore pubertati deficiente.

L.

Mandat etiam vt d. Marianna veniam petat à prędicto Matthia Malekovvski suo Patruo ex quo sine suo consensu d. Matrimonium contraxit.

M

Appellatio à prædicto illius Patruo interposita fuit bis reiecta.

N

Testium prolationi d. Sententiæ pręsentium nomina, & Dignitatis.

Legalitas.

Num. 3.

Fides Baptismatum Filiorum Natorum ex Matrimonio inter Theophilum, & Mariannam contracto.

Testimonium Metricarum ex Ecclesia Radlinensi.

Anno Domini 1740. Ego Adalbertus Olbinski Vicarius Radlinen. *Baptizaui Infantem* Nomine Sophiam Agnetem *Legitimorum Coniugum* Per' Illustris D. Theophili RozdrazeusKi, & Magnificæ Dominæ Mariannæ de Malachouski RozdrezeusKa prò tunc Possessoris Villæ Mięschou; Patrini fuerunt Adalbertus Mazzeuski, & Sophia Marianna ex Ptaschouo. *Die* 20. *Ianuarij Anno vt suprà.*

Anno Domini 1742. Die 6. Maij Ego Petrus PielsKi Vicarius Radlinen. *Baptizaui Infantem* bini Nominis Victoriam, & Catharinam Magnifici Domini Theophili de Rozdrazeuo RozdrazeusKi, & Magnificæ Dominæ de MalachosKie RozdrazeusKa Mariannæ Consortis Legitimæ, leuantes ad Fontem Sacrum fuerunt Per'Illustris Admodum Reuerendus Petrus RozdrazeusKi Præpositus Radlinen., & Moschouien, & Magnifica Virgo Francisca Kotasrbska.

Anno Domini 1744. die 18. Maij Ego Petrus Rozdrazeuski Præpositus Radlinensis *Baptizaui Filium* Nomine Casimirum, & Felicem Natum ex Legitimis Parentibus scilicèt Generoso Domino Theophilo Rozdrazeuski, & Generosa Domina Marianna de MacechousKie Rozdrazeuskia Legitima eius Consorte; Patrini fuere Generosus Dominus Iosephus Glinicki cum Generosa Domina Anna de Grudnickie Consorte sua.

Omnibus &c. defero ad notitiam, & Fidele extrado Testimonium, quod sic, & sunt omnia scripta in Libro Metrices Ecclesiæ Muschouien, & propter maiorem authoritatem manu mea subscribo.

Petrus Rozdrazeuski Canonicus Cathedralis Liuoniæ, Præpositus Radlinen, & Muschouien manu propria.

Datum in Residentia Præposituarali Radlinen. Die 4. Aprilis 1753.

Loco ✠ Sigilli.

Testimonia Metricarum ex Ecclesia Ptascouiensi.

Anno Domini 1741. Die prima Martij. *Ego Paulus Murkouuski* Curatus Ptascouuiensis *Baptizaui Infantem* bini nominis Franciscam, & Cunegundem Magnifici Domini Domini Theophili de Rozdrzau Rozdrezeuskl, & Magnificæ de Malachouskie Mariannæ Consortis Legitimæ, leuantibus ad Sacrum Fontem Magnifico Domino Matthia KoszutsKi Colonello S. R. M., & Sophia KoszutsKa Coniugibus. In cuius Dei Fidem.

Anno

Anno Domini 1743. Die 30. Aprilis. Ego Frater Alexander Sacerdos Ordinis Sancti Patris Francisci, in absentia Parochi, & in necessitate Baptizaui Infantem bini Nominis Mattiam, & Adalbertus Magnifici Domini Theophili de Rozdrazeu Rozdrazenski, & Magnificæ Dominæ Mariannæ de MelacKouskis Rozdrazeuska Hæredum Bonorum Ptascouuo, Coniugum Legitimorum, leuarunt ad Sacrum Fontem Magnifica Domina Sophia Koszutska, & Honoratus Simon MurKousKi &c. in cuius rei fidem.

Anno Domini 1748. Die 6. Iunij. Ego Ludouicus Confessarius Reformatorum Patrum Conuentus Voznicen. Strictionis Obseruantiæ S. Patris Francisci, Baptizaui Filia nomine Victoriam Magnifici Domini Theophili de Rozdrazeusco Rozdrazeuski, & Magnificæ Dominæ Mariannæ de Malachouuskie RozdrazeusKa Hæredum Bonorum Ptaszhouuo Coniugum Legitimorum, leuarunt ad Sacrum Fontem Admodum Reuerendus Paulus MurchouusKi Curatus Ptascouien., & Anna Mater eius, in cuius rei fidem &c.

Datum in Residentia mea Ptascouiæ die 16. Mensis Aprilis Anno Domini 1753.

Paulus MurKouusKi Parochus Ptascouiensis manu propria.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 4.
Iurata depositio super Spolio rerum, & Suppellectilium pretiosarum per vim, & violentiam ablatarum è Domo D. Theophili Principalis, & super discessu Mariannæ secum acceptis tribus Filiabus Fœminis.

Cunctis vbique pateat, Præsenti &c. Depositionis Iuratoriæ Instrumento; Qualitèr Anno 1753. 14. Aprilis in mei &c. Notarij, Testiumque &c. præsentia constituti personaliter Honesti Antonius Sedrzeieuski Annorum 40. &c. Simon GatecKi Annorum 42. &c., & Laboriosus Martinus Villicus Ptaszhouien. Annorum 55. &c. Qui super dicenda, & non celanda rei veritate in negotio infrascripto ad Imaginem Crucifixi Domini Flexis Genibus, facta ipsis priùs per me Notarium Apostolicum salutari reflectione, Iuramentum corporale præstiterunt, taliterque Iurati in hæc verba deposuerunt, proût sequitur.

Et quidem PRIMVS TESTIS. Ante aliquot Annos Homines Armati Domini MalechouusKi Venatoridæ Calisslien cum scopetis, ac alijs armis *ædes aulicas Domini Theophili Rodrazeuski inuaserunt*, & in area circa Curiam cum scopetis steterunt, ac vi, & violento modo res ex Curia interceperunt, Dominus autem Theophilus prò tunc non fuit Domi, ex quo erat in Granitiebus alienis. Fuit autem præsens circa hanc incursionem Dicti Domini Theophili Vxor, quæ acceptis secum tribus Filiabus, derelictis duobus Filijs in Rheda prò eadem

transmissa abscessit : *Suppellectili Argentea*, *ac alijs vasis*, *& rebus secum interceptis*. Causam Scientiæ dedit. Fueram prò tunc ad labores in Campo, & dum mihi denunciatum est de præmissis adueniens Curiam omnia intercepta, aduertique ante meum immediatè ad Campum regressum fuerant in Curia, & Domestici statim enarrarunt mihi hoc violentum Spolium, quod ipsi proprijs spectabant oculis præsertim Ephebus Domini Theophili, qui res exportare debuerat ad Currum Ad. Equitantium minas sclopeto illi dirigentium ad Caput : Quinque liberi dicti Domini Theofili cum sua Vxore Marianna de MalechouusKie procreati viuunt vti Sophia, Francisca, Matthheas, Casimirus, & Victoria, ex quibus Victoria est ad latus circa Matrem, Filij verò Matthias, & Casimirus ad latus Patris, Sophia in Monasterio Thorunij, Francilca in Monasterio Posnaniæ, hi duo Filij educantur Domi à Patre, dictis verò duabus Filiabus post abscessum à latere Patris eius Vxoris, à principio Dominus Thaophilus mittebat in Curribus alimenta, modò ad præsens si easdem Filias sustentat, ignoro. C.S.D. sum Domesticus in Curia dicti Theophili, *Quatuor verò liberos infantulos* circa partum *è vita decedere audiui*.

A
Nomen Filij orti sunt sunt ex Matrimonio, de qua agitur, quorum quinque iam viuunt.

Num.5.
Similis alia depositio uper Spolio, & discesu Mariannæ.

SECVNDVS TESTIS = hoc verum est, & probabilitèr scio, quod aduenerunt Homines ad Villam Ptaszhouuo in Rheda, ac Curru vno cum quatuor equis, ac alij Inequitantes, & interceperunt omnes res ex Curia Domini Theophili cum ijsdem abscessit, prò tunc non fuerat Domi Dominus Theophilus, ex quo fuit in granitiebus aliundè in Villa Apalenica, & dicti Homines Inequitantes alij cum frammentis inuigilabant in Portis Areæ, alij rebus onustabant, Currum C. S. D. audiui hoc ab Hominibus aulicis Ptaskouien spectantibus hanc violentam incursionem, & rumor publicus vndique de præmissis sparsus est. Quinque liberi viuunt vti Sophia, Francisca, Matthias, & Casimirus, ac Victoria, tres verò liberi mortui sunt partu, de quarto verò demortuo ignoro. Ex dictis superstitibus liberis Casimirus, & Matthias sunt circa Patrem, & educantur ab eodem, quibus fouet Directorem ad erudiendum eosdem C. S. D. sum actualitèr in Curia dicti D. Theophili, *Vxor verò eius intercepit tres Filias*, & vti ad præsens morentur informare non valeo, audiui tamèn illas, existere in Monasterijs, excepta Victoria, quæ est penès Matrem. A' principio post abscessum à latere D. Theophili Vxoris, mittebat Dominus Theophilus, Pater in curribus alimenta ijsdem Filiabus, modo non mittit, quia dum certo

A
Testatur etiam de ortu nouem Filiorum ex controuerso Matrimonio.

to tempore Posnaniam Currum cum alimentis aduexerim, Domina Mater dicti Theophili Vxor repulit eiusmodi Alimenta, & debui illa ad Curiam d. Theophili reuehere C. S. D. *Fui præsens circa hæc*.

TERTIVS TESTIS. Fueram pro tunc ad labores in Campo, & hac die rediens Domum Curialem narrauerunt mihi homines Aulici, qui videbant, quod aduenit Rheda cum Curru vno, & hominibus, & interceperunt *omnes Res ex Curia*, & ipse Dominus Theophilus pro tunc non fuit Domi, ex quo fuit in Granitiebus aliundè, nisi eius Vxor, & impleto Curru rebus cum dictis hominibus abscessit, post quem abscessum hac die me præsente aduenit Dominus Thophilus, sed jam tardè, ex quo omnia intercepta erant, & Vxor ablata, conspiciebam *spoliatam rebus Curiam* C. S. D. sum ibidem Villicus. *Quinque liberi viuunt* videlicèt. *Sophia*, *Francisca*, *Matthias*, *Casimirus*, *& Victoria*, quos Ego adhuc superstites vidi, *reliqui* verò *quatuor* liberi an sint demortui, ignoro, quia circa partum quita decedere dicuntur, duo verò Filij sunt *ad latus Domini Theophilij*, qui educantur à Patre domi, *Filiæ* verò vna Thorunij, altera Posnaniæ in Monasterio. *Tertia circa Matrem Victoria*, quibus filiabus, quando fuerant à principio post abscessum ambæ in Monasterio Posnaniæ, mittebat ijsdem Dominus Theophilus Pater in Curribus alimenta, & vestimenta comparabat, post abscessum verò vnius Filiæ Thorunium, non mittebantur ipsis alimenta, sed hoc audiui, quia pro dictis alimentis Dominus Theophilus pecunias soluit; Causam scientiæ dat; Sum ibidem in hac Curia Domini Theophili Villicus; quam eiusmodi Depositionem &c. Iuratoriam in præsentia Admodum Reuerendorum Andreæ Stodulski Sacrestiani, & Alberti Schorski: Cathedralium Posnaniæ ad Actum præsen. specialitèr adhibitorum Testium, factam, ad acta Notariatus mei Apostolici suscipi, & ingrossari feci, super quibus &c. Dat., & actum Posnaniæ Anno Die Mense, quibus supra &c.

Num.6.
Alia similis depositio super eodem Spolio, & discessu Mariannæ.

A Pariter testatur de or tu nouem liorum.

Et ego *Melchior* olim *Martini Ianovuski* Collegiatæ Sancti Nicolai Posnanien. Canonicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius præinsertæ depositioni Iuratoriæ vna cum Testibus supradictis præsens interfui, eandemque Auscultani &c.

Loco ✠ Signi.

Actum in Costen. feria 6. post Festum S. Luciæ Virginis, & Martiris proxima Anno 1749.

Num.7.
Frater D. Mariannæ Malekovvzskæ Aduersariæ spoliauit per homines armatos Domū

Ad Officium, & Acta præsen. Castren. Costen. personalitèr

D. Principalis omnibus pretiosioribus mobilibus vsque ad valorem flor. 32642., vt in fine.

tèr venientes Generosi *Iosephus à Pierzchno Koszutki*, & *Martinus Domanschi*, atque Prouidus *Martinus Conayczych* de Villa Ptaszhovvo *Ministerialis Regni Generalis* officio præsen. notus, porrexerunt officio suo, in Acta hæc in suo Originali ingrossandum; *Visionem in Bonis Ptaszhovvo expeditam*, & ad Instantiam Generosi Theophili Rozdrazavvski eorundem Bonorum Ptaszhovvo suo jure Hæredis peractam, seù potiùs *Regestrum* Rerum variarum mobilium Argentariarum, Clenodiorum, vestimentorum, totiusque splendidæ Domus suæ nobilitaris, circa violentam super inequitationem Curię Ptaszhouien. *per homines Magnifici Andreæ Malechovvski* Venatoridæ Calissien. *ex mandato eius interceptarum &c.* tenoris talis. *In Anno* 1749. *Regestrum rerum interceptarum violento modo* circa inequitationem Curiæ Ptaszhovian. &c. cum bombardis per inequitantes homines Magnifici Andseæ Malechovvski Venatoridæ Claſſien de Ptaszhovvo ad Polancza euectarum, & ibidem existentium, *die* 23. *Augusti* hoc est in Vigilia Sancti Bartholomæi interceptæ.

ARGENTARIA.

Opus argenteum magnum *seruis* vulgò nuncupatum, cum omnibus requisitis ad eum pertinentibus, quod *valoris erat* Aureorum Hungaricalium sexaginta.

Peluis cum aquali Argenteo daurata magna, valoris ad minimum Aureorum Hungaricalium 75.

Peluis altera minor cum aquali argenteo valoris est Aur. Hungar. 20.

Vasa duo argentea, quæ constabant Aureorum Hungaricalium 70.

Candelabrorum Argenteorum paria duo magnorum Mensalium, ad quæ fuerant emunctoria duo, & Sedes duo, quæ constabant Aureos Hungaricales 24. &c.

Omittuntur alia breuitatis gratia, & in fine sequitur =.

Quorum summa ad minimum *efficit* 32642. *florenos Polonicales*, super quo fuerat visio in præsentia duorum Nobilium fide dignorum &c.

Ex actis Castensibus Costen. extractum &c.

Sequitur legalitas Notarii &c.

ACTVS PRIMVS.

Num. 8.

D. Marianna Malekouska simul cum Promothore Fiscali Posnanien. citato D. Theo-

Die 1. Decembris 1749.

Coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Iosepho

Com.

Com. de Verbno Pauloski &c. Officiali Generali Posnanien. comparens personalitèr Nobilis Franciscus Ruski *Generosæ Mariannę de Malechovuskę Rozdrazeuska*, plenipotens, in termino, & literis Monitorij, execut. &c. contra infrascriptum ad videndum, & audiendum Matrimonium inter Actricem, & Generosum Maritum contractum pro nullo, & irrito declarari proposuit &c., & quoniam Generosa Actrix in Claustrali residentia manens, omnibus alimentis destituta extitit, proindè ante omnia Actrici de ijsdem per Citatum tamquam possessioni Bonorum Actricis propriorum insisten. prouideri postulauit.

Præsente *Generoso Theophilo Rozdrazeuski* citato exaduerso Principali per se personalitèr comparente saluis &c., & protestando de iniusta sui ad Iudicium præsens prouocatione, & quoniam citatus Generosæ Consorti suæ ad recedendum à se Marito nullam rationem præbuit, quę *ex fomentatione* subsecuta recessit, proindè ne fiat iniuria *Sacramento Matrimonij*, eadem ad mutuam cohabitationem matrimonialem sententia Iudicii compelli &c. exposcente.

Et Reuerendissimus Dominus Officialis Generalis Posnaniensis suspensâ resolutione alimentorum, expetitam Communicationem rationum Parti citatæ hinc ad primam juris post Epiphaniam concessit &c.

Die 7. Aprilis 1752.

Et Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus &c. Officialis Generalis Posnanien. auditis &c. licet quidem Generosa Auctrix ab alimentis Negotij principalis verbo *Iudicialitèr recessit*, quia tamen de insubsistentia eius recessus manifestationem intulit &c., Generosæ Actrici in vim eiusmodi alimentorum, *quatuor millia flor. Polon. annuatim* adiudicauit, & quatenùs Generosus citatus quartualitèr pro quolibet quartuali per vnum mille flor. Polon. incipiendo ab actu lati decreti pręsentis anticipatiuè d. Generosæ Actrici exsoluat iniunxit, & ad eum solutionis præstandæ effectum Mandatum executivum cum termino nonem dierum relaxauit &c.

Die 14. Augusti 1752.

Coram Illustrissimo *Officiali Generali Posnanien.* comparens personalitèr Nobilis Bartholomęus Barent, *Generosæ Mariannæ de Malachovvska Rozdrazeuska* plenipotens in termino &c. in Testes Admodum Reuerendos *Paulum Markouzki* Ecclesiæ Parochialis Plackonien. *Curatum*, Thomam Tabernachi &c. Generosos *Marti-*

philo illius Viro petit Matrimonium nulluñ declarari.

A

Exad. D. Theophilus Rozdrozeovski instat fugitiuam Vxorem compelli ad mutuam cohabitationem.

B

Decretum pro communicatione iurium, & suspensa resolutionis alimentorum.

C

Decretum D. Officialis pro exorbitanti annua subministratione quatuor millium flor. Polon. trimenstruatim anticipatè soluen. per Principalem.

Num. 9.

Procurator Aduersariæ producit Testes examinan. super nullitate Matrimonij.

tinum Linkotoski &c. Annam Christinam Siotrowska, Annam Zilenska, Laboriosisi, Simonem Murkouski, Ioannem Auregam, Generosi Iosephi Grodziecki, *Iacobum Menis, Matthiam Musiathek, & Mariannam famulam Actricis* vigore Decreti remissæ Iudicii Sacræ Nunciaturæ Apostolicæ sub die Lunæ 17. mensis Iulii Anno currente prolati ad Iudicium præsens factæ induxit &c.

A
Marianna est Famula Aduersariæ.

Et Reuerendissimus Dominus Officialis Generalis Posnanien., inductos Testes ad Iuramentum &c. admisit, & examen eorumdem suo iudicio reseruauit &c. Præsentibus &c.

B
Decretum pro admissione Testium ad iuramentum.

Num. 10.
Articuli producti à D. Marianna Malckouska Aduersaria pro fundanda nullitate Matrimonii tamquã contracti per vim, & metum.

Primus. Quomodò Testis scit, quod Generosa Marianna de Melechowska Rozdraszewska cum fuerit adhuc in iuuenili ætate sua, nempè habens annum decimum, existens sub tutela s. m. Generosæ Auiæ suæ, coacta fuerit *variis persuasionibus, declarationibus* inire Sponsalia cum Generoso Rozdraszewski, ita à Generosa Auia sua, vti, & à Generoso Koszutski Marito prædictę Generosæ Auiæ, quorum voluntatem adimplere pro tunc debuerat.

2. Quomodò Generosa Koszutska Auia Generosæ Rozdraszewska post extraditas sibi citationes ad Castrum de Tuthela à Generoso Venatore Patruo Generosæ Rozdrazeuska supradictæ, in vna, eademque die tres Bannos facere iussit, & Generosæ Rozdrazeuska vllius rei insciæ pręsenti pro tunc in Templo confiteri mandauit.

3. Quomodò Generosus Malechowski Venator Calissiensis Patruus germanus Generosæ Rozdrazewska, habendo notitiam de sic illegali in juuenili ætate Matrimonio filiastræ suæ mouit litem in Consistorio Posnanien., obtinuit Decretum Diuortij, ratione Annorum non adimpletorum, ad ineunda Sponsalia de iure assignatorum.

4. Quomodò post obtentum Decretum Diuortij, ex nunc KoszutsKa Auia ne passum quidam mouens à Generosa RozdrazewsKa, quam variis *adhortabat* minationibus, coactionibusque, non habentem plenum (prout adhuc in Anno vndecimo) ingenium, ei incutiebat timorem, dicens: Quod Patruus tuus propterea Diuortium quærit: vt Te in suam recipiat Tuthelam, & postea Te Monasterio tradat, fortunamque tuam sibi adiungat; Quibus minationibus, & coactionibus, *ad reiteranda Sponsalia* cum Generoso RozdrazewsKi eam pro tunc adhuc non habentem annos iuxta leges competen., *tertia, aut quarta die post decretum Diuortii* illicitè Generosa Auia coegit.

Quo-

5. Quomodo Generosa Koszutska Auia quando Generosa RozdrazevusKa debuerat sese comparere coram Iudicio pro examine, dedit ei in charta conscriptam Informationem, quam eidem vna die ante addiscere mandauit memoritèr, & eadem Generosa Rozdrazeuska quidquid nesciuit, legendo ex carta Respondit. Nempè quod non fuerit coacta, & quod non velit non associata esse Generoso Rozdrazeuski, & quia vult confirmare idem Matrimonium, super quæ intaminata Conscientia iurare parata sit. Quo punito remostratur non perfectum ingenium Generosæ Rozdraszeuska pro tunc., & coactio ineundi iterata sponsalia.

6. Quomodo post Diuortium, *& iterata Sponsalia* ità Generosa Auia, proùt, & Generosus RozdrazeusKi Patruo, & cum illo Consanguineo, loqui cum nullo dederunt, propter quam tam arduam Cauthelam, afflictiones suas, displicentias, & coactiones sui ad iterandū Matrimonium non potuit patefacere, & contestari; Et cum semèl Generosa Venatrix Patrua venit ad bona Ptauskoua, Generosa Auia Generosam RozdraszeusKa abscondit in tertia stantia, & ita Generosa Venatrix neque illam videndo, neque cum illa loquendo abscessit.

7. Quomodo Generosa Rozdraszeuska quando iterata vicè spondebat, inscia erat, quod steterat Decretum inualiditatis primi Matrimonij, hoc tantum exequi debuit, quod ei demandatum fuit à Generosa Auia, quod iuramento confirmare parata est.

8. Quomodo coactio ad prima, & ad sæcunda sponsalia Generosę RozdrazeusKa, & desponsatio in Iuuenile eius ætate indeeuenit, quod Generosus Rozdrazeuus-Ki Auus à Patre Generosi RozdrazeusKi accepit centum aureos nummos, atque à Generoso filio varia accipiebat Bona, & assecuratas declarationes vnacum Generosa Auia, pro interesse Fortunæ Generosæ RozdrazeusKa, quæ propterea in sua substantia multum damnum patitur.

9. Quomodo post iterata Sponsalia Generosa RozdrazeusKa alienata ab omni protectione Consanguineorum suorum, cohabitare debuit cum Generoso Rozdrazeuski, qui ea per totum tempus cohabitationis male tractabat *disgustationibus mortificantibus*, eam lædentib s satiabat, itaùt Generosus Auia, & p.m. Generosus RozuosKi rescientes de sic mala vita, & mala tractabilitate ducti compassione, eam ad se acceperunt, & per aliquot septimanas eam detinebant in Bonis PtaszKouo, volentes, & promittentes ipsimet Diuortium procurare.

10. Quomodo videndo *Generosus* Rozdrazeuski, quod de iterato agebat Diuortio, eandem Generosam Auiam, & Generosum RozutsKi varijs assecurationibus, largitionibusque ad id adduxit, quod Generosam Rozdrazeuska ad vlteriorem cohabitationem coegerunt, reddideruntque, & ad Bona cum illo discedere demandarunt.

11. Quomodo Generosa RozdrazeunsKa iteratum redditum pro cohabitatione cum Generoso Rozdrazeuski fuit coacta, sæpè fleuit, & contestabatur infelicem in desponsatione, & cohabitatione sua coactionem, totam vitam suam deplorando.

12. Quomodo Generosus Rozdrezeuski in hoc infelici Matrimonio cum offensa Diuina, & cum scandalo Hominum vitam ducebat iniquam cum varijs Feminijs, & præcipuè cum Maritatis in Bonis existentibus, & cum alijs liberis in Ciuitatibus, oppidis, itaut Generosa RozdrazeusKa nullam Virginem, aut Feminam vllam pro suo commodo conseruare potuit.

Num. 11.
Primus Testis fuit Parochus, coram quo Matrimonium fuit contractum an. 736. vt constat etiam in Sum.n.1., & deponit, se prorsus ignorare, quod D. Aduersaria fuerit coacta per vim, & metum ad contrahendum Matrimoniū cum D. Principali.

PRIMVS TESTIS Reuerendus *Paulus Mierkouski* annorum 49. Præsbyter, celebrauit hodie citatus Iuratus.

Ad primum: Dum erat acceptare sponsalia Generosa Rozdrazeuska, agnoscendo illam esse multum Iuuenum ad hunc statum, denegaui primo intuitu consensum, qua Plebanus Reuerendissimo Rozarzeuski præsentando mihi metricam natu maioris Sororis eius, me fefellit, & dedi consensum, eademque sponsalia fuerant annihilata in hoc Consistorio, *an fuerit coacta* INSCIVS SVM.

Ad secundum. Verum est, quod omnia facta sunt cum præcipitantia, meque fefellerunt Generosi K szutsKi quod vna die tres Bannas feci pro parte Generosorum RozdrazeusKi, post quas tres Bannas Sponsalia fecerunt eadem die in se fidentia ante lectum Generosæ RozzutsKa egrotantis. Causam scientię dedit: *Fui præsens eo tempore*.

Ad tertium scio, quod Processus fuit formatus super hoc in Consistorio, & Decretum instructum.

Ad quartum. Ferme in puerili ætate, quia in iuuenilibus annis fuerat prò tunc Generosa Rozdrazeuska *sed denominationibus* INSCIVS SVM, hoc tantum sæpe sepiùs audiui ore Generosæ Koszutska venatorem, dum causam incepit hic in Consistorio, quod ipsæ tantum voluerit Thutelam tui; *De alijs contentis puncti huius* NESCIO; De Iteratis Sponsalijs in Ciuitate Posnenien. Testimonium copulationis edocere debet, vbi Ego præ-

sens

sens non adfuit.

Ad quintum IGNORAT, quia non fui presens his Posnaniæ.

Ad sextum *similiter* IGNORAT.

Ad septimum optime hoc Generosa D. scire debet.

Ad octauum quando deuenit in publicum, quod p. me. Generosus KoszutsKi acceperat centum aureos nummos à Generoso RosKrazeushi, vt eundem adiuuaret in obtinenda declaratione sibi Generosæ de Malechouvskie Virginis, tunc ego innui p.m. Generosę Koszutska Auię (quod erat iam post iterata sponsalia:) eadem exprobat ad oculos dicto Generoso Koszutski in hæc verba: Chara marite tu fortè vendidisti meam neptem centum Aureis nummis, ast ille id denegauit C.S. D. Fui pro tunc: de alijs declarationibus NESCIO.

SECVNDVS TESTIS Admodum Reuerendissimus Thomas Tabernacki Præsbiter &c.

Num. 12. *Secundus Testis pariter ignorare respondit, quod Aduersaria passa fuerit vim, & metum.*

Ad primum IGNORAT.

Ad secundum *Reuerendus Plebanus optimè id scire debet.*

Ad tertium Decretum edocebit.

Ad quartum IGNORAT, tantùm à Generosa Rozdraszeuslia audiui.

Ad quintum fecit mihi relationem Reuerendus Prębendarius Grodzicen., quod S.M. Generosa Koszulsha porrexerat Informationem in Porta Generosæ Modernæ Rosdraszeusha, quid debuerat pro tunc respondere in Judicijs Consistorialibus, ad reliqua contenta huius puncti *nescit*.

Deponit de auditu.

Ad sextum IGNORAT.

Ad septimum = *IGNORAT*.

Ad octauum = *Audiui* à Reuerendissimo Præbendario nostro Grodzicen. quod S.M. Generosus Hoszutshi Maritus Auiæ Generosæ Rozdraszeusha pro cooperatione in obtinendo fine Sponsaliorum, ità in pecunijs, vbi, & in aliis rebus notabilia Bona accepit.

TERTIVS TESTIS Examinata *Marianna Kreczmerin* annorum 59. &c.

Num. 13. *Tertius Testis nempè Marianna Krecimerin est actualis* famula D. Aduersariæ, *vt constat ex* Summ. numer. 15, *& ferè in omnibus deponint de auditu.*

Ad primum S. M. Generosus *Koszuttki* habendo vnum interessum pecuniarum cum Generoso Olim Roszarazeuski Patre Generosi Rozdrazeuski; declarauerat modernam Generosam Mariannam de Malekouskie Rozdrazeuska dare in Vxorem Generoso Filio Generosi Rozdraszeuski moderno eiusdem Merito, qui in fundamento assecurationis huius cum eodem aduenit filio ad

Bona Plaszokoua semel, & iterata vice, sed Generosa moderna Rozdrazeuska multum Iuuenis adhuc, quia annorum decem existens, quando eidem diximus, quod hic fuerit pretendens eamdem, neque id dicere sibi permiserat, dicens ille: non est propter me. Postea Idem Generosum Rozdrazeuski pro finali adeundo resolutione, dum eadem de altera stantia ad Illum venire noluerat: Generosus Rozuski manu ipsam eduxit, quæ cum illo adueniens compulsa, adorauit, post breue tempus Rediuit ad locum suum, dicens: Ego hunc virum nolo; Postea allic uerunt eam dono vno pare Vestium, & persuaserunt, itaut nolens volens spondere debuit timoris Causa ante Lectum Generosæ Rozutska Auiæ suæ, pro tunc egrotantis, sine vlla Cæremonia, sed ità ante sponsalia, quam post ea sese contestarunt, quia non habuerat voluntatem spondere Generoso Rozdrazeuski, addendo: & hoc si Generosus *Bierzinski* stetisset tempore sponsalium mecum (qui etiam concurrebat de illa:) toto corde maluissem ei despondere, *magis quam* Generoso Rocdrazeuski *Causam scientiæ dixit* fui Domestica in Bonis Ptaskoua pro tunc in prædio his omnibus præsens aderan, *& audiui pro tunc ex ore Generosæ modernæ Rozdrazeuska*.

Ad secundum verum est, at quia tres Banna ante hoc, Sponsaliæ factæ fuerant vna eadem &c. die duæ in Templn, & tertia fortè antè cubile Generosæ Rozdrascuska, vbi sponsalia erant,

Ad tertium In hoc decretum diuortij edocebit.

Ad quartum Verum, & hoc, Generosæ *Koszutska* Auia Generosæ Rozdrazenska non semel dicebat, quod Generosus Maleckouski voluerit, tantum Tutelam suus Patruus, tunc quando Generosa Rozdrazeuska hic Posnaniæ propter causam diuortij per aliquot septimanas commorauit in Monasterio, super mentionata Auia etiam simul cum illa habitabat, non permittebat cum vllo conuersari, eidem semper timorem incutiebat dicendo: quod Patruus intendit Tibi eripere Fortunam, teque sub locare in Monasterio Causam scientiæ dixit: ad fui hic in Monasterio, & audiui ex ore Generosæ Rozutska hæc omnia, qui iniussi timores faciliter *potuerunt adferre occasionē* coactionis huius D. in iureuili ætate existentis, quæ totalitèr nullo ferebatur affectu erga Gen: Rozdroszeuski, & imò, & post prima sponsalia ad lectum ire noluit cum suo merito, vsque Generosus Rozdrazeuski Ipse eam violentia cogebat, quamuis Iuuencula formè per vnam septimanam flectu se detinebat, multaque passi sunt cum ea ad huiusmodi actum stimulando, Causam suentiæ dat: Fui domestica, ipsaque

Ego

Ego adducere Illam debui, quia me, quâ Iuuenculam relinquere noluit. Cum autem Causa mota fuerit horum sponsaliorum audiui non semel proprijs auribus, quod eidem Auia eius dabat instructionem, quid respondere in Iudicijs debebat, & informabat etiam eam aliquando claudendo illam secum; Causam scientiæ dat; Adfui præsens tunc in Monasterio.

Ad quintum Non sum memor de charta, tantum huius, quod recognoui Generosam Roszuto*ka* dare eidem Instructionem quid respondere deberet in Consistorio.

Ad sextum Iam recognoui, quod Generosa *K*oszuts*ka* omnem circumspectionem habuit super Generosa Rosdrazeus*ka* non permittendo vlli cum eadem Conuersari, excepto Generoso Rozdrazeuski s hoc que diuorsium ità tacitè factum est, quod nos ipsi domestici ignari eiusdem fuimus, Generosi Domini tantum rationem dederant, iterari sponsalia propterea, quod prima accepta sine Indulto nulla fuerant; Causam scientiæ; Audiui id ex ore Generosæ Koszus*ka post iteratam sponsionem*. Adueniendo vna vice Generosa Maleckous*ki*a Venatrix (: quod fuit ante Sponsalia:) Generosi *K*oszutsij occluserunt in vnam stantiam neque eam permiserunt lætificare cum sua Patrua C. S. D., fui domestica, & vidi &c.

QVARTVS TESTIS est Generosus *Martinus LinkousKi* annorum 52.

Num. 14.

Quartus Testis respondit nescire, quomodo fuerit coacta, sed vnicè quod Auia disponebat Mariannam spondere D. Theophilo, & super 4., & 5. Articulo deponit de auditu.

Ad primum circiter annum habuit Generosa Rozdrazeus*K*a existens apud auiam suam Generosam *K*oszuts*K*am in Bonis Stos7*K*ouo, hæque sponsalia maximè ad effectum deduxit Generosus *K*oszutsKi maritus Auiæ eius, & Adolesentula pro tunc dubito vt sciret, quid sit status Matrimonialis, tantum Generosus KoszutsKi pro interesse suo maximè *disponebat eam spondere Generoso Rozdraszeusbi*; Causam scientiæ dat; Fui domesticus, & omnia hæc attentata, *quali verò modo coacta fuerat IGNORO*, cum Generosi *K*oszutij, se se cum cum ea claudebant inclinando cor eius suo modo, ad dictum Partium, imo etiam quando sponsalia in Residentia fuerant, me ad videndum actum non admisserant, C. S. D. Adfui pro tunc præsens Ptaszcouiæ. Tertia, vel secunda die post sponsalia moderna Generosa Roszdrazeusha cum Puella insolescebat Ptaszcouiæ, proùt solitum est adolescentulis, Ego eidem iam Generosa Domina deberes seriò tegerere, non ludere cum Puellis, dum iam es Domina maritata; ad quæ illa mihi reposuit: Ego ipsa sum ignara quid mecum actum sit habeo

ne-

ne ego Maritum? Aut non?

Ad secundum Non bene sum memor an, ante sponsalia, aut post extraderet citationes S. M. Generosus Venator Patruus Generosæ Rozdrazeushi, Generosis *Koszutshie* ratione tutelæ, hoc certum est, quod vna die tres Bannæ fuerant, *vna* in Missa cantata Minori *altera* in Missa cantata Maiori; *Tertia* ante sponsionem, quæ fuit ante cubile Generosæ *Koszutsha* Auia, pro tunc egrotantis C.S.D. scio documentaliter.

Ad tertium Decretum edocebit.

Ad quartum Audiui à varijs domesticis, quia ea Generosi *Koszutskij* informabant, quid respondere debebat in Concistorio, & quia habuerat scriptam instructionem ad respondendum in Iudicio Consistoriali.

Ad Quintum similiter *audiui a domesticis*, quia habuerat scripta instructionem ad respondendum in Iudicio Consistoriali.

Ad sextum tempore diuortij, aut post diuortium an fuerat hic Generosa venatrix non *sum memor*, hoc certum est, quia *ante primam sponsionem* aduenerat eadem Generosa Patrua Venatrix ad bona Ptasz*Kouo*, volens modernam Generosam Rozdrazeus*Ka* Vratislauia conducere simùl cum filia sua pro educatione ad Monasterium, sed Generosa *Koszutsha* Auia noluerat id permittere, & non permisit: C. S. D. Documentaliter scio.

Num. 15.
Quintus Testis super primo Articulo respondit de auditu, & in genere, quod Marianna fuerit coacta, super reliquis respondit, se ignorare.

QVINTVS TESTIS Generosa Anna Zaleuska, annorum 57. circiter Catholica confessa die 25. Augusti, citata Iurata recognouit.

Ad primum Audiui, quia eandem Auia coegit spondere Generoso Rozdraszeuski Causam scientiæ dixit: *Domestici id mihi dixerant*, id etiam verum, quia Iuvencula erat, quia hoc Anno tempore Bacanaliorum nata est, quando fuit Generalis Iubileus præteritus: C.S.D.: Fui in seruitio pro tunc apud S. M Auiam eius, & horum bene sum memor.

Ad secundum. IGNORAT, quià ibidem non adfui.

Ad tertium. Decretum edocebit.

Ad quartum. IGNORAT quia his non adfui.

Ad quintum, *& sextum*. IGNORAT.

Ad septimum. IGNORAT &c.

Num. 16.
Sextus Testis super primo, secundo, & sesto Articulo deponit de auditu, in reliquis ignorare.

SEXTVS TESTIS, *Simon Murkonski* annorum 55. Catholicus &c.

Ad primum. Magis corde ferebatur Generosa Rozdraszeuska; Quamuis adhùc in Iuvenili ætate spondere Generoso Bieczynski, quam Generoso Rosdrazeuski

sed

sed Generosi Roszutszy in omne effecerunt cogendo eam spondere Generoso Rozdrazeuski: Causam scientiæ dat; *Vxor mea mihi id reposuerat*, quæ sæpe sæpius commorabatur in Prædio, & Generosa Rozdrazeuska magnam ad eandem habuerat confidentiam explicando eidem pro tunc hanc suam affectionem.

Ad secundam = *Id audiui* pro tunc, quia vna eadem &c. die tres Bannæ factæ fuerunt, hoc certum, quia ante cubile Auiæ suæ spopondit.

Ad tertium. Decretum id edocebit.

Ad quartum. IGNORAT.

Ad quintum. IGNORAT.

Ad sextum. *Audiui* id olim ab Vxore mea, quia Generosa Venatrix Patrua Generosæ Rozdrazeuska modernæ quando aduenerat ad Bona Ptarskouo, multum admonebat Generosa Koszuska Auia ne iniret discursus Generosa Neptis eius cum d. Patrua sua.

Ad 7. 8. 10. 11. 12., *&* 13. IGNORAT &c.

SEPTIMVS TESTIS Lab. *Iacobus Mcius* annorum circiter sexaginta Catholicus, Confessus in Festo Scapularis B. V. M. citatus, iuratus recognouit.

Ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7., *&* 8. NESCIT.

Num. 17. *SeptimusTestis respondit nihil scire de contentis in Articulo* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7., *&* 8.

OCTAVVS TESTIS Laboriosus *Matthias Musiatek* annorum circiter 27. Catholicus confessus in Festo Scapularis Beatissimæ citatus iuratus.

Ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8., *&* 9. IGNORAT.

Num. 18. *Octauus Testis respondit ignorare contenta in Artic.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8., *&* 9.

NONVS TESTIS, ET VLTIMVS Generosa *Anna Christina Piotrkovvska annorum circiter* 30. citata iurata.

Ad primum. In minorenni ætate adhuc fuerat Generosa moderna Rozdrazeuska, nempè in decimo anno, quando Generosus Rozdraszeuski de illa concurrerat, S. M. Generosa Roszerska varijs vtebatur *modis ad declinandum cor*, iuuenculæ pro tunc Virginis ad hunc concurrentem, tàm petitionibus, quam minationibus, etiam me obligauerat, vt eidem remonstrarem: quod Deus euertat nunc Auiæ mortem ea misera restaret, & Auus nempè Generosus Roftzutsk omnia Mobilia occupabit, aut veniret eadem sub tuthelam Generosi Venatoris; Sed Generosa Domina prò tunc Malakovvska non habens cor adGenerosum Rozdrazeuski, qui quotiescumque aduenerat Ptazkoviam eundem etiam videre non potuerat, vix eandem de altera stantia

Num. 19. *Nonus, & vltimus Testis, nempe Anna Christina super primo Articulo deponit simpliciter, quod hinc vtebatur varijs modis ad declinandum cor Mariannæ.*

tia educere potuerant; per me eidem Auiæ respondit ad hanc remonstrationem. *Coniugat me Generosa Auia cum Generoso Bieczynski, ad quem cor dirigo*, hic sibi facere damnum non permittet; C. S. D. ad sui Ptasz koviæ pro tunc omnia auscutator, & audiui.

Ad secundum. De Bannis nescio, sed hoc audiui, quiâ Sponsalia erant ante cubile.

Ad tertium. Scio quia egerat de diuortio, quale Decretum stetit, ex quibus rationibus, Sententia Iudicii edocebit, hoc certum est, quiâ Generosa Rozdrazeuska neque scire poterat, quod steterit diuortium.

Ad quartum. Adfui pro tunc huic Causæ diuortij, assistendo Generosos Koszuskie, & audiui ex ore S. M. Auiæ eius, ac attendebam ex omnibus circumstantijs quomodo Generosi Hozzukiæ, informauerunt, & strictè demandarunt Generosæ Rozdrazeuska, quomodo respondere Reuerendissimo Suffraganeo debuerat; Quia alium maritum nolo, tantum Generosum Rozdrazeuski, ac sæpe sæpius eam adhortabantur, abhorrendo eam Tutelam Patrui, Auia ab ea neque gressum mouit habitans cum ea in Monasterio Sanctæ Claræ, non permittendoque cum vllo loqui; fui hic, *& post iterata Sponsalia*.

Ad quintum. Iam recognoui, quia omnem dederam informationem eidem S. M. Generosa Koszutska, quam prout adolescentula obseruare debuerat, parereque eius mandato. *De Charta* NESCIO, quoniam Generosa Rozdrazenska vix pro tunc legere sciuerat, & in Monasterio adhuc eandem preces docuerant Moniales: C. S. D. His adfui.

Ad sextum. Verum est quod itâ diuortium, quàm post iteratam Sponsionem Generosi Koszuki non permiserant eidem intueri Patruum, aut Patruam suos. C. S. D. obseruabam hæc assistendo Generosis Koszutskie Ptaszkouiæ &c.

Num. 20.

D. Aduersaria comparens personaliter accusata contumaciæ D. Principalis petit declarari nullum Matrimonium, & Sententiam ferri, allegatque rationes concludendo etiam pronunciari pro legitimitate Erolisvti bona fide cũ primo Viro D. Principali susceptæ.

Die 15. Septembris 1751.

In publica Causarum Audientia &c. Reuerendissimi &c. Officialis Generalis Posnanien. comparens personalitèr Generosa *Marianna de Malakovvskie Rosdrazeuska* cum Ven. Fiscali Promothore Iudicij, & Officij præsen. &c. in termino &c. ac citatione &c. *accusata contumacia Generosi Theophili Rozdrazeuski* ad videndum, & audiendum Matrimonium pro nullo, & irrito declarari citati, tunc, & Illustri Defensoris, quatenus non comparen., nec se exigentiæ termini hodierni sisten. satisfaciendo decreto anteriori Iudicij præsen. conclusionem suam in scripto produxit, & Senten-

tiam

tiam definitiuam Iuri, & Iustitiæ conformem ferri, ac publicari debita cum Instantia postulauit &c.

Quandoquidem ex iuratorijs Inquisitionibus Testium in Causa præsenti eduxit, sufficientèr deducitur, ijsdemque plenè probatur. Qualitèr Generosa Marianna de Malakovvska Rozdrazeuska, licèt si in tenera ætate constituta, quia pro tunc modo primum vndecimum annum agendo *non habuit animum nubendi Generoso* A *Theofilo* Rozdrazeuski concitato asserto Marito suo, *sed potiùs cuipiam alteri* in Inquisitionibus de cognomine expresso, verum per magnificam Auiam suum, sub cuius tutela tàm Patre, quàm Matre orbata extabat, eiusque voluntati, ac Imperio parare necesse fuit, ac Maritum illius, magis commodum, ac vtile suum, ex quo plurima à Generoso olim RozdrazeusKi Parente Generosi concitati tùm in danarijs, tùm in peculio lucrati fuerunt, recipiente; Iam verò orbata parentibus, pupillæ minùs consulentes, *an benè, vel malè ei susceßerit*, incusso sibi concitatæ metu iusto huiusmodi minis.

Qui Magnificus MalechovvsKi Venator Callisiensis Patruus suus totam substantiam suam in dispositionem, ac ipsam in tutelam suam accipere, ac demùm in claustrum inijcere, fortunamque suam sibi appropriare intendit, prout illi hoc ce munus, & officium Maritalis tutelæ de iure, ac lege positiua Regni incumbebat, competebatque coacta nolens, volensque hac ipsa die, qua citatio ad Instantiam dicti Magnifici Malachovvski Patrui respectu præfatæ tutelæ ad Iudicia Castren. Posnanien. citata, & intimata fuerat præmissis in aula simul omnibus tribus bannis adducta, & attracta ad lectum prælibatæ Auiæ suæ nubere debuerat. Ita Testes *tertius oculatus, quartus sextus, & nonus* ad primum de certa scientia recognouerunt. Thalamum in ordine ad consumandum assertum Matrimonium per septimanam circiter subterfugeret, inscia, vtrum nupta maneret, nec ne, potius ludere par impar placuit, ac tandem vi, & violento modo *ad consumandum* compulsa erat per Magnificum Maritum Auiæ suæ &c., B *non obstante* illa responsione ad quæsita in scrutinio ex se concitata iudicialitèr in anno 1737. die 3. Aprilis facto, *quod spontè, ac liberè velit habere in suum Virum Generosum Rozdrazeuski, & non quempiam alterum*, siquidem eiusmodi responsio ex Instructione, ac ex serio Mandato Magnificæ Auiæ suæ, a cuius nutu vnicè dependebat, subsecuta fuit, taliterque non sua protulerat, sed dictæ verba Magistræ, super quo con-

scien-

scientiam suam offert, *esique iurare parata*, assertum Matrimonium metu contractum, vti ipso Iure nullum, pro irrito, ac nullo declarari, facultatemque ad alia vota conuolandi, si & in quantum voluerit, *sibi Actrici* tanquam innocenti *dari*, *& concedi prolem quoque tanquam bona fide saltem vnius parentum susceptam pro legitima pronunciari*, ac id, quod Iuris, & Iustitiæ fuerit statui, decerni, ac sententiari debita cum Instantia postulauit &c.

Præsente Illustri, & Admodum Reuerendo M. Iosepho Hicleuicz &c. Causæ præsentis Matrimonialis. *Defensore* iurato personalitèr comparente, pariter in scripto concludente, & in prolationem Decreti definitiui in quantum conclusioni suæ conformis consentiente &c.

Num. 21.
Sententia Rmi Officialis Posnanien. lata in contumaciam D. Theophili Principalis, ut hic exprimitur, super nullitate Matrimonii.

Die dicta.

Illustrissimus, & Reverendissimus &c. Officialis Generalis Posnan. . Prò Tribunali seden. &c., *attenta contumacia Generosi Rozdrazeuski* ad quemlibet terminum adcitati, *non tamen per se, nec per suum legitimum Procuratorem comparen.*, quinimo actus præsens Matrimonialis Summario Processu terminandæ subterfugientis, & se censuris Ecclesiasticis innodari, & publicari permittentis, in cujus talem contumaciam Auditis Generosæ Mariannæ de Malechouskie Rozdrazeuskie, & Perillustris Defensoris Jurati propositis, & responsis, visisquoque, ac lectis Inquisitionibus Juratoriis pro parte dictæ Generosæ Rozdrazeuska, Servatis jure servandis, in Judicio præsen. expeditis, illisque, ac aliis documentis in Causa præsen. Matrimoniali mature perpensis, & trutinatis, ex quibus quando quidem manifestè deducitur &c. qualiter olim Generosa Koszutska Generosæ Mariannæ de Malachouskie Rozdrazeuska modernæ Actricis Aviæ eandem Mariannam Generosam Neptem suam post fata clarissimorum Parentum Suorum sub tutela, potestate, & Imperio sui existentem, omnique libertate, & consanguineorum suorum Consilio, & Auxilio destitutam, non attenta impubertate annorum decem, & sex mensium, nec considerata imbecillitate mentis illius, citra voluntatis ejus declarationem, & consensum indeliberate, & nimis præcipitanter omissis Sponsalibus, & aliis solemnitatibus consuetis, prætermissaque interpellata trium bannorum publicatione, ad celebrandum in Curia Ptaszkovien. in præsentia sui pro tunc in tecto decumbentis cum Generoso Theophilo Rozdrazeuski Matrimoni-

nium licet reluctantem, & invictam, *Majorique effe-cta, & propensione cuipiam alteri* in Inquisitionibus specificato *adhærentem, variis invasamentis*, & comminationibus; ac si olim Magnificus Malechouski Venator Callisiensis Patruus, & naturalis Tutor totam substantiam in dispositionem, ac ipsamet in tutelam accipere, detrusaque in claustrum, derelictam post fata Parentum suorum furtunam sibi appropriare intenderet, induxit, aliisque importunis, & impulsivis persuationibus liberum arbitrium tollentibus, & gravem metum incutientibus junctim cum Generosa Koszutski Marito suo, magis privatum commodum, & lucrum quærente, adegit, quod tamen Matrimonium eadem Generosa Marianna de Melachovvskie pro tunc ob defectum perfectæ ætatis, & recogitionis potius infantilibus Ludis assueta, quam Acti sui, nullatenus consumare voluit, eoque fine Thalamum nuptialem fere *per septimanam* subterfugiebat, *nisi ad ejusmodi consumationem* per Generosum Maritum Aviæ suæ vi, & violento modo adinventis mediis per Inquisiones deductis compulsa fuisset. *Quarè ejusmodi Matrimonium primitivè* contractum quamvis ex post mediante *Decreto Judicii præsentis* anni 1737. ex Causa impubertatis solius solutum, ac demum *ex motivo ejusdem Decreti* per Illustrem Defensorem in defensam sui illatis, & adductis *per obloquentem DE NOVO CONTRACTVM REINVALIDATVM EST*; Illa tamen motiva, & consensu perallegati decreti, per Inquisitiones Juriatorias ad præsens. Eductas, & conformè attestatum Illustrissimis, & Admodum Reverendissimis Melchioris Janouski Notarii Apostolici jurati in forma probanti product. eliduntur ex illorum contextu, *contractus secundarius* etiam ex justo metu Generosæ Mariannæ per Generosam Rozdrazeuska injustè incusso, & seria instructione ejusdem, stante adhuc impubertate subsecutus esse, concludenter probatur &c., quæ omnes supra recensitæ circumstantiæ gravem metum incutientes, licet in Generosa Actrice ex textu præallegatarum inquisitionum, & aliorum documentorum considerantur, & verificantur, ad annullandumque Matrimonium dictante lege sufficerent, nihilominus quatenus eadem Generosa Actrix in supplementum, earumque Inquisitionum evincendo ejusmodi metum sibi abstrinxit incussum, elidendoque plenius contenta Decreti an. 1737. juret super eo, quod quæcumque circa prolationem ejusmodi Decreti judicialiter respondit, id totum non spontaneè, sed ex metu sibi ab olim Generosa Avia in-

cus-

cusso, & ex seria instructione ejusdem propalavit, est fassa, quo juramento, auscultante Defensore præviis reflexionibus incontinenti præmisso *inhærendo toties allegatis Inquisitionibus* tum dispositione juris Canonici, ac præscripto Sac. Concil. Trid., nec non resolutionibus clarissimorum DD., assertum Matrimonium uti nulliter, & irritè ex Causa ejusmodi metus, & coactionis, defectuque perfecti consensus tàm *primo*, quàm *secundo contractum* non obstante copula ui, & metu extorta, Matrimonium à principio nullum, successu temporis, minimè convalidare valentes, *prò nullo* quoque, & irrito in Dei nomine *declaravit*, Generosæ Actrici ad alia vota convolandi (prævia conformi sententia ad mentem novellæ Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV. Papæ feliciter Regnantis obtinenda) facultatem dedit, & concessit, *Prolem utriusque sexus* uti bona fide, quæ ex parte unius de jure sufficit, procreatam, *pro legitima declaravit*, & eandem ex rationibus Judicialiter illatis, & animum suum permoventibus penes Generosam de MalachousKie Matrem conservan., *mutuisque sumptibus* utriusque Partis educandam esse censuit; Post principale verò *resoluendo accessorium omnes inscriptiones, donationes* propter nuptias ab utrinque factas *cassavit*, quo autem *ad alias prætensiones ex successione*, & ex alio fonte &c. pullulantes respectu earumdem *Partes ad Forum sæculare* eisdem competen. *remisit*, prout &c. Decreti sui Vigore ad præmissa mediante Aliquo Decreto Illustris Defensor, ad quem de jure *appellavit*, cujus appellatio est admissa præsentibus &d.

C

D

E

Stephanus SKrzebowsKi Apostolicus, & Consistorii Generalis Posnanien. Notarius.

Die 16. Septembris 1752.

Num. 22.
Citatio Signaturæ cũ præinserta Commissione appellationis.

Nerius &c. S. R. E. Diaconus Cardinalis Corsini, Signaturæ Justitiæ &c. Præfectus &c. Vniuersis &c. Noueritis nuper coram nobis pro parte, & *ad Instantiam Ill. D. Theophili Rozdrazewski &c.* comparitum inter ipsum ex vna *ac Mariannam de Malatiouska &c.*; Quo circa Vobis &c. mandamus quatenus &c. *Citetis &c. supradictam D. Mariannam Malakouska &c.*, quatenus 60. die &c. compareant Romæ in Iudicio cor. Nobis &c. ad dicendum Causam quare *præinserta Commissio*, proponi, & signare non debeat in prima, seù alia Signatura &c. *Datum Romæ hac die 16. Septembris 1752.*

Tenor Commissionis &c. videlicet = Posnanien = Expo-

ponitur humilitèr S. V. pro parte deuot. illius Oratoris Magnifici Theophili Rocdrazeuski, qualitèr introducta *ad Instantiam Mariannæ de Malahouska* illius vxore causa in Curia Episcopali Posnaniæ super diuortio, *ac Nullitate Matrimonij* à sexdecim annis cum procreatione *nouem* filiorum validè, ac legitimè contracti, licèt Orator proposuisset exceptionem *spolij* in auro, argento, cleuodijs, alijsque rebus ad summam vsque triginta millium flor. per D. Aduersariam ex Domo Viri substract., preuentiuè purgandi, nihilominus articulo omisso, mandauit ad vlteriora in Causa principali procedi, deuolutaque *Appellationis Causa* ad Curiam Metropolitanam Gnesnen, fuit per eamdem non minùs nullitèr, quam iniustè decreta fauore Aduersariæ subministratio alimentorum in excessiua summa flor. mille pro singulo trimestri, & Causam ad Iudicem *a quo* remisit, eodemque modo perperam se gessit Auditor Sacræ Nunciaturæ Poloniæ, qui quoad punctum spolij, & alimenlorum terminum ad informandum præfixit, quo verò ad negotium principale prætensi diuortij causam ad Iudicem *primæ Instantiæ* remisit, dignetur itaque S. V. Causam, & Causas *Appellationis, & Appellationum à Decreto Curiæ Episcopalis Posnanien.* Nullitatis, & nullitatum ex tribus attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac restitutionis in integrum, proùt de Iure vnacum omnibus suis inciden., dependen., annexis, connexis, totoque negotio Principali, acquam,& quas &c. alicui ex Sacri Vestri Palatij Causarum Auditoribus, seù Locumtenentibus &c. committere &c., cum protestate citandi DD. Mariannam de Malahouska &c. illiusque, & quibus videbitur, inhibendi etiam sub Sententijs, censuris, & pænis &c. statum &c. pro plenè &c.

F. X. de Zelada Auditor.

Loco ✠ Sigilli.

Anno 1752. = *Die* 26. *Nouembris*.

Ego Sebastianus Szadhievvicz Ecclesiæ Parochialis SSmæ Trinitatis intra Muros Gnesnen. Sacristanus recognosco, *me personalitèr accessisse* Perillustrem Admodum R. *Adamum Iarucki* Collegiatæ Louicien. Canonicum *qua Notarium Actuarium Rmi Consistorij Generalis Gnesnen.*; Ipsi Copias prælexi *ad manus eius proprias*, reddidisse, originale præsens monstrasse, & ad legendum communicasse, atque omnia illa, quæ intromandantur fideliter Executum fuisse &c. In cuius rei fidem me manu propria subscribo. Idemque supra manu propria.

A *Tenor Commissionis præinsertæ.*

B *Die* 29. *Nouembris fuit executa contra Cancellarium, seù Actuarium Curiæ Gnesnen.*

Die

C

Die dicta fuit Executa con. Procurato rem D. Aduersariæ.

Die 26. Nouembris.

Anno Domini die 26. Nouembris 1752. Ego Ludouicus Strzelski Cursor Illmi Consistorij Generalis Posnanien. Executor Legitimus recognosco, *me Personaliter accessisse Nobilem* Aduocatum *Franciscum Rushi* Generalem *Plenipotentem G. Mariannæ Rozdrazeuska.* Ipsi Copias *personalitèr ad manus eius proprias* reddidi, Originale Præsens Monstraui ad legendum, communicaui, atque omnia illa, quæ intromandantur fideliter executum fuisse, vt in cuius Rei Fidem me manu propria subscribo Idem qui supra.

Ludouicus Strzelski.

D

Die 7. Decemb. 1752 fuit executa con. ipsũ Consistorium Posnanien.

Anno Domini 1752. die 7. Decembris Ego Ludouicus Arzelski Illmi Concistorij Generalis Posnanien. *Executor* Legitimus recognosco, *me personaliter accessisse Illmum Concistorium*, & Copias Romanæ Citationis *ad manus Thomæ Iggrouski Notarij Consistorij Generalis Posnanien.* substituti proprias reddidi, originale præsens monstraui ad legendum communicaui, atque omnia illa quæ intra mandantem fideliter executum fuisse. In cuius rei fidem me manu propria subscribo idem qui supra manu prupria.

Ludouicus Strelski &c.

Num. 23.

Instantia Partis aduersæ facta coram Officiali Generali Curię Metropolitanæ.

Die 19. Nouembris 1752.

Coram Perillustri Rmo Dño Alexandro Nicolao à Gerzen Gorzenski &c. *Officiali Generali Gnesnen.* Metropolitano &c. comparens personalitèr Nobilis *Antonius Podkouski* suprascriptæ Generosæ *Mariannæ de Malakouskie* originalitèr, & ad præsens citatæ Appellatæ Principalis *Procurator* in Termino &c. *contumaciam* prædictorum Generosi *Theophili Rozdrazeuski &c.*, tùm & Ven. Defensoris Causarum Matrimonialium appellantium &c. accusauit. In quorum contumacialium referendo se ad justificationem, & eam, Sententiæ diuortialis in scripto porrectam eandem Sententiam approbari, beneque Iudicatum Ven. Iudicium Posnan. pronunciari petijt, saluo &c. omni &c.

A

Oppositio D. Principalis cum protestatione de attentatis ob intimatam citationem Signaturæ.

Præsente quoque Nobili *Alberto Sieckierki* anterius videlicet antè Intimationem *citationis Generalis ex Curia Romana* pro parte Generosi *Rozdrazeuski* in ordine adeundi *plenam Signaturam Iustitiæ in vtroque negocio Causæ præsen. emanatæ* Procuratore, ad præsens verò Causa obseruandi memoratas *intimatas* literas Romanas etiam in Cancellaria Iudicij præsen. Remostrante, *non posse ob expressam rationem in Causa præsenti vlterius per hoc Iudicium procedi*, quinimmò *ab ea supersederi alias de attentatis*, & in quantum attentandis in spre-

tum

tum altioris subsellis protestante, & dicente saluo &c. omni &c.

Num. 24. *Inhibitio vigore Appellationis à Sententiis tàm Curiæ Posnanien., quam Curiæ Gnesnen. nullum declarantibus Matrimonium expedita prò parte Theophili Viri sub die 14. Ianuarij 1753. coram Tribunali Nunciaturæ Apostolicæ Poloniæ.*

Die 14. Ianuarij 1753.

Ex Mandato Illmi Excmi, & Rmi Dni Nuncij Apostolici &c. Poloniæ &c.

CITETVR.

Per aliquem legitimum Execut. *Magnifica Marianna De Malackousk, & Rozdrazeuska* Magnifici Theophili Rozdrazeus*ki* Consors legitima personaliter, si commodè poterit, alias relicta præsens Copia in solita Ipsius residentia &c., *Quatenus* ad Instantiam suprad. *Magnifici Theofili RozdrtzeusKi Appellantis*, & Recurrentis moderni coram Tribunali prælibati Illmi Dni Nuncij Apostolici Varsaviæ &c. die 30. ab executione præsen. computanda ipsa tunc Iuridica existente, alias ex tunc proximè, & immediatè sequenti exclusa, & non computata Executionis die, hora, & loco Audientiæ Causarum fieri solit. personalitèr legitimè, ac peremptoriè compareat *ad videndum, & audiendum Appellationem siuè Recursum à Decretis Ven. Consistorij Generalis Posnanien., & Gnesnen. declarationis Nullitatis Matrimonij inter easdem Partes* post Cassatum priùs ex defectu ętatis ex post *mediante Decreto Ratificati, & de nouo contracti* ex Causa quasi coactionis per iteratum Matrimonium purgatæ grauaminosæ latis ad Tribunal præsens, siue ad quem de jure interpositam, & tactum admitti Iurisdictionem fundari &c. *dictaque Magnifica Marianna de Malakouska Rozdrazeuska ad secunda vota conuolare audeat*, quousque Causa præsens finaliter decisa non fuerit, *Inhiberi* (cui etiam præsentibus sub pæna &c. nullitatis, attentatorum, & sub ędictum Excommunicationis *Inhibetur*) In quorum &c. Datum Varsauiæ &c.

Andreas Vincentius Butius Auditor Generalis, & Iudex.

Loco ✠ Sigilli.

Stephanus Shovarsciski Cancellarius.

A *Dicta Inhibitio executa fuit sub die 19. eiusdem mensis Cancellario Actuario Curiæ Gnesnen.*

Die 19. Ianuarij 1753.

Ego infrascriptus recognosco me die hodierna personaliter existere in Cancellaria Reuerendissimi Officii Consistoriali Generalis *Gnesnen*, & ibidem copias præsentis ad manus ipsius Illustrissimi Domini Actuarij reddidisse, pariter originale monstrasse &c. In cuius rei fidem me subscribo anno, & die quibus supra.

Sebastianus Sothievicz Sacrista Ecclesiæ Sanctissimæ Tri-

Trinitatis intra Mœnia Ciuitatis Gnesnen. existens manu propria.

B

Eadem Inhibitio pariter executa fuit sub die 20. dicti Mariannę Vxori.

Die 20. Ianuarij 1753.

Ego Petrus Vægrzinski Ecclesiæ Collegiatæ, ac Parochialis Diuæ Mariæ Magdalenæ Posnan. Sacellanus personaliter accedendo *M. Mariannam de Malachonska Rozdrazeuska* ipsi in solita eius residentia Posnaniensi copias præsentis Citationis posui, originale monstraui, Virgini eius terminum præfixi, & quæ intro mandantur fideliter executus sum de quo fidem facio = *Idem qui supra manu propria.*

Num. 25.

Instantia Defensoris Matrimonij facta coram Vicario Generali Curiæ Metropolitanæ Gnesnen.

Die 26. Ianuarij 1753.

Coram Perillustri Reuerendissimo Officiali Generali Gnesnen. Metropolitano. Comparens personaliter Admodum Reuerendus *Matthæus Kaqcki* tanquam Causarum Matrimonij Iuratus Defensor appellantis &c. in termino &c. accusauit contumaciam Generosorum Theofili, & Mariannæ de Malachouskie Rozdrazeuski Coniugum legitimorum in Causa occasione prætensi Diuortij matrimonij, prout in actis tam Iudicij a Quo &c. Citatorum &c. referendo se ad anteriorem Instantiam sub die 13. Octobris in anno præterito 1752. his in actis inscriptam conclusioni suæ in ibidem appositæ deferri postulauit &c.

A

Responsio Procuratoris D. Mariannæ Aduersariæ, in qua allegatis fundamentis ass. nullitatis matrimonii reiterati anno 1737., vt infra sub litt. B. *petit confirmari sententiam primæ Instantiæ.*

Præsente Nobili Antonio Podkouskie suprascriptæ Generosæ de Malakouski Procuratore saluis &c. & protestando de diffugiis Generosi Theophili Rozdrazeuski à Decreto Consistorij Generalis Posnanien. appellantis, siue appellationis per Ven. Defensorem ad Tribunal Pręsens interpositæ adhærentis eandem appellationem suam non prosequitur, neque grauamina per sententiam Iudicij à quo exponit &c. hinc satisfaciendo Decreto Iudicij huius in immediata audiẽtia prolati pro parte eiusdem Generosæ Mariannæ in scripto conducente, & sententiam Iudicij à quo iustificante, & iuxta eandẽ decerni petente debita cum Instantia postulante &c

B

Iteratum matrimoniũ fatetur constare ex libr. Copulatorum.

Quod igitur spectat antecedentes actus transmisso pro primo Contracto cum impubere Marianna Marianna Matrimonio, quod discretione imbecillem vtpote in anno decimo ætatis Ipsius Constituta &c. qua varijs incitamentis, qua comminationibus importunis persuasionibus impulsiuis liberum arbitrium &c. tollentibus, metumque incutientibus adactam, non contraxisse libenter &c. probant 1. 3. 4. 5. 6., & 9. Testes &c. denuò præcipitantissimè absque assistentia proprij Parochi, PROVT TESTIMONIVM EX LIBRO COPVLATORVM *in Ecclesia Cathedrali Posnaniæ* EDOCET

con-

contrahere coacta, probant Testes.

Quare deducta &c. Iustitia &c. sententiæ Iudicij Consistorialis Posnan. &c. eumdem approbari, & confirmari flagitante &c.

Præsente quoque Nobili *Alberto Siekierszcki suprascripti Generosi Rozdrazusk i* Principalis Procuratore, & adherendo aliquoties his in actis ex parte sui Generosi Principalis exaratis Instantijs, protestationibus *super attentatis post auocationem Causæ*, nec non subalternis literis remedialibus ex Tribunali *Sac. Nunciaturæ Apostolicæ exportatis, & Parti intimatis*, nec non in Cancellaria Iudicij præsen. protestationibus, atque factis à Decretis huius Iudicij eo fine appellationibus easdem protestationes innouando, APPELLATIONE *tam à Decreto Iudicis præsen.* sub die nuperrima nempe 24. mensis, & anni curren. prolato, QVAM *etiam in quantum non ad petita sui Generosi Principalis* SVB ACTV HODIERNO PROFERENDO, *ad quem de iure* INTERPONENTE, *& stando* SVB TVITIONE EIVSMODI APPELLATIONIS dilationem ad deferendum suo Generoso Principali de Decreto diei nuperne &c. concedi postulante saluo &c. omni &c.

C

Procurator D. Theophili Principalis præmissis debitis protestationibus appellat à quocumque contrario decreto sub hoc actu proferendo.

Perillustris, & Reuerendissimus D. Officialis Generalis Gnesnen. Metropolitanus pro Tribunali sedens &c. auditis Partibus in Causa conclusit, lectisque actis primę Instantiæ Venerabilis Concistorij Posnani. hac in Causa gestis attente consideratis, matureque deliberatione præhabita, definitiuè sententiando, ex Causis in eodem Iudicio *à Quo &c.* adductis, & legitimè probatis, ex rationibus item ac motiuis in iure fundatis in Processu, & actis iisdem explanatis, *constare de nullitate, inualiditateque contractus Matrimonii de præsenti* inter suprascriptos Generosos Theophilum Rozdrazeuski, & Mariannam de Malakouskie *vi, ac metu interueniente, & insuper cum defectu ætatis*, de præscripto Iuris requisitæ SECVNDO CELEBRATI, & absoluti, *declarauit*; Quamobrem pro nullitate huiusmodi contractus contra valorem sponsaliorum de præsenti bene fuisse, & esse Iudicatum per Iudicium *à Quò* pronunciauit, atque Decretum hinc eiusdem primæ Instantiæ sub die 15. Septembris anno immediatè elapso 1752. definitiuè prolatum in suo tenore integro approbauit, confirmauit illique ob præsens huius Tribunalis Metropolitani conforme, *quatenus in appellatum remaneat*, robur firmitatis apposuit, condemnato Generoso Theophilo in expensis litis memorato iudicio à Quo &c. liquidandis, ad quem effectum Causam, & Partes ad Idem Iudicium primę Instantiæ re-

D

Decretum Curiæ Metropolitanæ Gnesnen, confirmatorium sententiæ latæ in Curia Episcopali Posnaniæ super nullitate Matrimonii.

re misit Ità tam Venerabili Defensori, quam etiam Partium suprascriptarum Procuratoribus Præsentibus, & auscultantibus definitiuè sententiauit, decreuit, & declarauit, non solum &c. sed & omni &c. *Ita Pronunciaui Alexander Gorzenski Primicerius, & Officialis Generalis Gnesnen. Metropolitanus. Præsentibus &c.*

Ex actis &c.

Locus ✠ Sigilli.

Adm. IanicKi publicus Sac. Authoritate Apostolica, & Concistorii Gnesnen. Not.

Num. 26.

Fides Matrimonii nulliter, & attentatè contracti inter D. Mariannam, & Io: BeleKi die 15. Februarii 1753.

Vniuersis &c. notum facio, quia Magnificus, ac generosus D. Theophilus RozdrazeuKi per literas expostulauit à me de libro Copulatorum Metricam Magnifici Generosi D. Belęchi, quam extradi, cuius tenor talis est, vt sequitur.

Anno Domini 1753. die 15. Februarij. Ego R. Mathias PlucinsKi Curatus Vrzazeuiensis ratificaui Matrimonium contractum inter Generosum D. Ioannem Belęki, & Generosam D. Mariannam de Malakouuska diuortiatam ex mente binorum Decretorum Illustrissimi Officij Posnaniensis, nec non *cum Indulto eiusdem Officii*, & consensu proprij Parochi &c. Præsentibus &c.

In cuius rei fidem me manu propria subscripsi, & Sigillum apposui in Residentia mea Parochiali Vzarzeuiensi die 6. Maij 1753.

Matthias PlucisKi Curatus Vzarzeuiensis &c.

Loco ✠ Sigilli.

Num. 27.

Decretum Sign. Iustitiæ, quo Causa remissa fuit ad hanc Sac. Congr.

S. I. P. Die 28. Martii 1753.

Pro Illustrissimo D. Theophilo RozdrazeusKi contra D. Iosephum Misselli exaduerso Procuratorē assertum Dominæ Mariannæ de Malakouuska citat. ad videndum præuia circumscriptione Actorum factorum in Curia Posnaniensis purgari attentata, & loco purgationis circumscribi omnia, & singula acta exaduerso gesta post expeditionem citationis specialis, nec non capi prouisionem super separatione Mulieris &c.

Relatione facta comparuit D. Antonius Franci Procurator petiit, vt supra.

Ex tunc Illustrissimus D. remisit Causam, de qua agitur ad Sac. Congregationem Concilij cum facultate purgandi prætensa attentata, & capiendi quamcumque prouisionem, & ampliùs &c.

Die

Die 15. Februarij 1754. | Num. 28.

Sac. Congregatione Concilij=Lancionus.

R. P. D. Furietto Secretario.

Posnanien,

Vltimum Decretum factum ab R. P. D. Secretario huius Sacræ Congregationis.

Citetur D. Iosephus Misselli exaduerso Procurator assertus Magnificorum DD. Mariannæ Rozdrazeuski de Malakouski BeleKi exaduerso Principalium ad &c. videndum in plenam executionem Decreti, seù Decretorum ab eodem Illustrissimo D. fact. sub diebus 28. Septembris, & 5. Octobris iniungi Reuerendissimo D. Iudici Subdelegato facultatem cogendi prædictos DD. Mariannam, & BeleKi, etiam per censuras, & pænas Ecclesiasticas aliaque Iuris, & Facti remedia ad se separandum à communi cohabitatione, vtque dicta D. Marianna collocetur in aliquo Monasterio Posnaniæ cum assignatione alimentorum ex fructibus illius Dotis iuxta solitum Regionis per Instantem præstandorum post d. separationem, & collocationem in Monasterio, & vlterius iniungendi eidem Judici Subdelegato facultatem cogendi sub prædictis censuris, ac pænis supradictos citatos ad restituendum infrascripto D. Instanti tres suas filias ab eodem vt antea alimentandas, omnesque alias facultates, etiam aggrauandi, & reaggrauandi supradictas Censuras vsque ad omnimodam paritionem mandatis Sacræ Congregationis, ac Decretis præfati Iudicis Subdelegati factis, vel faciendis, easque etiam moderandi seruata forma S. Concil. Trid., aliaque facien. &c. in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna, & dec. &c. ad d. diem, & horam Instante Magnifico D. Theophilo RozdrazeusKi Principali siue &c.

Relat. facta comp. D. Antonius Dominicus Franci Procur. petiit, & obtinuit, vt supra vsque ad exitum Causę in S. Congreg. & amplius Procuratore exad. præsente.

SACRA
CONGREGATIONE
CONCILII
R. P. D.

FURIETTO

SECRETARIO

Posnanien. Matrimonii.

P R O

Magnifico D. Theophilo Rozdrazevuski.

M

Summarium.

20

Typis Bernabò 1754.

Druki wyjątkowe

dotyczące dziejów

różnych województw polskich

20.000